

**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordininariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione
praecedentibus duobus Tomis primum additus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agr., 1684

Decisio CXXVIII. Ejusdem Argumento cum præcedenti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](#)

DECISIO CXXVIII.

Eiusdem Argumenti cum præcedenti.

R. P. D. COCCINO.

Theatina Jurisdictionis.

*Deciso 432.
par. 1. recent.*

Mercurii 4. Julii 1612.

SUMMARIUM.

¹ Enunciativa Papa antiqua probat, Ecclesiastam esse in uno Territorio potius quam in alio, num. 2.

⁴ Enunciavæ recentes, & nova non probant.

in quo solvuntur census ejusdem Ecclesie.

² Ecclesia dicitur esse in illo Territorio,

³ X deductis in alia Theatina Jurisdictionis S. Joan. in Venetorum coram me sub die 4. Maii præsentis anni Domini resoluerunt præpositalem Ecclesiæ Sancti Leuci loci de Attissa esse intra fines Theatinae Diœcesis. Nam ultraibi pondērata, quoad Bullas Nicolai II. Alexandri III. Innocentii III. Romas. Pontif. que Theatinae limites propriis ducunt exprimendo vocabulū, intra quos locum Attissa esse non ambigitur, considerarunt Domini easdem Bullas, Ecclesiæ de qua agitur inter Ecclesiæ Theatino Episcopatu[m] subjectas connumerare. Concurrit insuper Bulla Paschalis II. sub dat Beneven. Kal. Augusti anno Domini 1115, in qua ex iure, & propria narrativa, & ex scripto Urbani II. idem Pontifex Ecclesiæ S. Leuci de Attissa Episcopatu[m] Theatino subjectam narrat.

² Et prædicta validissimum recipiunt adminiculum ex enunciativa Nicolai V. de anno 1447 ex quo est antiqua, & emanavit ab habente auctoritatem disponendi super enunciato, juxta doctrinam Arethini in cap. cum causam il. 3. num. 16. de probat. & allegata in supradicta Theatina Sancti Ioan. in Venere.

³ Concurrunt etiam census, & Procurationis solutio, de quibus constat ex Inventario antiquissimo reddituum, & Jurium Ecclesiæ Theatinae facto in pergameno ulque de anno 1393, cum quo concordant testes examinati in visitatione hujusmodi loci, facta Anno 1591, qui dantur in sumario, unde negati non potest, quin probetur talis situatio, Capitulo 2. de censibus, & fuit consideratum in latus in jurisdictionis coram Litta.

Litta. 17. Februarii 1598. & in Sabinen. sive Reatin. Abbacie coram Orano 4. De-
cembriis 1592. Concurrit etiam sententia antiquissima ex adverso producta, quæ mul-
tum facit, licet forte non probaret concludenter.

Non obstante enunciatae Pii IV. & Pii V. pro parte Attissanorum in actis da-
ta, quia non probant, cum sint recentes, & novæ, Leg. non nudis, & L. non Episo-
lis. Cod. de probatione. Leg. ex his verbis Cod. de testamen. Milt. Rot. decisione. 31. de pro-
bat. in antiqu. & in eadem Tavolissina jurisdictionis coram Litta. & ita Domini firmarunt,
altera tantum parte informante, &c.

DECISIO CXXIX.

Episcopus habet jurisdictionem in tota sua Dioecesi,
tam de iure communi, quam vigore Concilii Tri-
dentini; & qui sunt actus, ex quibus probatur, quod
Episcopus habuerit jurisdictionem de aliqua Ec-
clesia.

R.P.D. P I R O V A N O.

Nucerina Jurisdictionis.

Luna 1. Martii 1627.

Decrto 41.
par. s. recent.

S U M M A R I U M.

- 1 Episcopus habet jurisdictionem in tota sua Dioecesi, tam de iure communi, quam vigore Concilii Tridentini. n. 2.
- 2 Ab his per quos bene probatur, quod Epi-
scopus habuerit jurisdictionem in
aliqua Ecclesia, & num. 4. & 5.
- 3 Probatio concludens requiritur ad tol-
lendum fundamentum intentionis
aliquis consistens in dispositione in-
- 4 vis communis, & possessione compro-
batum.
- 5 Cum pars dismembrata transiunt o-
mnia iuris illius partis.
- 6 Beneficiorum Collationes non probant,
quod quis in ea Ecclesia habeat iuris-
ditionem ordinariam num. 15.
- 7 Unio Ecclesia anni Dioecesis ad Eccl-
esiam alterius, non privat Ordinarii

Titi 3

maritum